



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

VII. Peccata Mortalia Regiminis Vrbium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

308 *Moral. Theologie Tract. II. Peccata,*

fectui, eo reiecto, cui ex iustitia toga debebatur: cum scandalo foui Nationum discordias: a seclus prouocauit, ut confrariis, corumque patronis iniustitiam inferrent: aliquid contra iuramentum praestitum gessi, aut contra statuta per iurum pœnam: elegi ad togam indignum planè: in animi præputatione adfui, vt voverem contra aduersæ ditionis votum: vel iniustum: curauit fieri statuta bono communi aduersantia ob commoditatem propriam: Capellæ secrera contra iuramentum aperui *toties.*

§. 2. 25. *Quid si Magisterio fruantur?* Docturus alios nimis me desidem exhibui circa literarum studium, vnde graue discipulis damnum obortum: in discipulorum conspectu scandalo sè degi, praus quidem actionibus meis in discipulorum effrænationem insluentibus *toties.*

§. 3. 26. *Quandónam Scholasticus grauiter delinquit?* Cùm iuramento discursus alterius aut falso, aut non cum bona fide confirmauit: postquam fui matriculæ addictus, iuramento exhibito Rectori non obtemperauit, cum sub pœna præstigiū imperaret: omnino ab studio recessi paternorum bonorum dissipator: suffragium vendidi iniustum: iniuste suffragium adhibui non merito, aut merito quidem, sed plus merito recto oppositore *toties.*

C A P V T VII.

De Peccatis graubus Regiminis Vrbium.

§. 1. 26. *Quem sunt grauia Pratoris, aut Magistratus criminali stratum praxis.* Publica officia sine auctoritate vendidi: magna maura à ministris Reipublicæ accepi: indignis officia publica in damnum commune contuli: defes nimium fui circa ministeriorum correctionem, ne iniustitia pauperibus inferretur: non præcaui aut assistentia, aut commissione, ne officiis publicis scandala, rixæ, homicidia exorirentur: pretia ciborum non moderauit, aut corruptos cibos non reprobaui graue quidem damnum illaturos: carcerem non inuisi, vt grauis vexatio vincit non adderetur ob lucrum Praepositi, peccataque propulsarentur, ablegatis mulierculis, &c. Omisi etiam iniuste publica hospitia, vbi mulieres profligatae assolent habitationem grauissimo incommodo collocare: ex Urbe non deturbauit vagos inferentes Reipublicæ nōumentum: pec-

Examen III. De Peccatis Mortalib. cunctis. 309

cata publica non puniui, ludos prohibitos non propulsauit: non consului vtilitati pauperum, dum ^{non} curare milites iustè distribui ita inter ciues, vt pauperes leuamine donarentur: die festo actum judiciarium feci, pietate, aut necessitate minime cogente: pœnam ciuilem, aut criminalem, quam debebam imponere, prætermisi: contra iuramentum aliquid graue præstisti, aut omisi: in senatu non repressi eos, qui propriæ passioni, non iustitiæ suffragabantur; nec prohibui senatores propriis Vrbium vtentes, vexantes pauperes, à publicis horreis frumentum afferentes, aut soluentes debitoribus: haud curauit horreis publici triticum pauperibus distribui: aut eos, graui oborto incommodo, non breui temporis interstitio iudicatos emisi: non repressi, aut puniui famulos, seu ministros, qui vel ingressum ad tribunal vendunt litiganti: Aduocatum egi ipsa in causa, cuius fui iudex: reum interrogauit quod non poteram, nec reus debebat respondere: graui dubio oppressus doctos non adiij: assessorem adhibui sine graui causa litigantium expensis: prætextu matrimonij exquirendi, foeminae ad domum propriam, ad usum prauum adduxi, seu ad illius domum diuerti: in sententia ferenda aliquam ambiguam clausulam consultò adieci, vnde graue incommodum alicui prouenit toties.

27. Quidam Senator res grauis criminis estimas? Graues ciuitatis leges nec calleo, nec custodio: ad Curiam Re- §. 2.
giam ad negotia mihi & Reipublicæ communia contra^{1.22.} Senato-
tit. 3. lib. 7. rec. p. Reipublicæ expensis me contuli: curam Re-
defensioni communi non impendi, vim potentium non fran-
gens, cum possem; vnde grauia Vrbi incommoda obuenere,
suffragium dedi iustitiæ grauiter nocenti: Officia publica
graui documento oborto, indignis exhiberi curauit: cum te-
nerer, publica crimina abolere neglexi: consultò à Senatu
abfui, cum Reipublicæ causa gereretur, ob huiusmodi qui-
dem absentiam graui malo exerto: communibus in distri-
butionibus sumptuum, aut gabellarum æquitatem non serua-
ui, grauiter hos aggranans, vt illos possem subleuare: Rei-
publicæ bona in graui quantitate usurpauit, retinui: cum ex
officio deberem, non curauit de ponderum, de mensurarum
æquitate: pretium accepi pro publicorum munera assignatione, cum gratis deberem idoneos Reipublicæ ministros
addicere: in suffragiis proferendis iniustam in re graui cau-
sam defendi, quia aduersarius Senator contrarium assert-
bat: Magistratum impediri, ne flagitosos suppicio affice-
ret, graui inde damno excitato: effeci, aut permisi meos

V 3 famulos

310 *Moralis Theologiae Tract. II. Peccata,*
famulos potiores fori cibos emere, ut carius vendant, quam
emptores a primo vendente acciperent: Senatus arcanaum in
in graui violaci non fugi, vnde rursus Senatores non audent
libere suam mentem depromere: accepta ad emendum triticum
pecunia, non emi: aut ex horreo publico triticum ab-
stuli, nec restitu, cum pauperibus necessarium esset: eleemo-
synas publicas pauperibus veris non erogaui, sed famulis, et
consanguineis haud pauperie laborantibus: criminis venato-
rum, aut aliorum officialium grauia quidem dissimulaui, et
gratos mihi tributarios haberem: cum consanguinei, et
amici causa iniusta in Senatu genti, consulto a congrega-
tione abstinui, ne contradicere cogeretur munia onerosa iis in-
jungi curaui: quos odio prosequabar: emi publici munera
occasione pretio minori, quam aequum erat, & maiori vendidi:
greges prohibitis pascuis introduxi, graui damno obor-
to: alis propria onera, aut propinquorum graui iniuria im-
posui: tunc.

§. 3. 23. *Quando delinquit mortaliter Scriba Senatus?* Iuramen-
tum de munere recte gerendo, arcanoque custodiendo vio-
Senatus. laui: plus pretij graui soluentium incommodo acquisitionis
quam ex taxa debebatur: ignoraui constitutiones capitula-
res, regalia instrumenta bonae negotiorum expeditioni ne-
cessaria: mea incuria, seu iniquitate regij redditus, aut Reipu-
blicae grauiter imminuuntur, cum traduntur emporibus:
supplesi petitiones inimici, graui damno secuto, vt perle-
gat amici codicillum: tributarium aliquem aboleui a matri-
cula, regij iniuria patrimonij: non curaui, vt transgressores
Constitutionum punirentur, quia amici, aut propinquui; con-
stitutiones quidem operiendo, quas manifestaui, vt inimici
suppicio afficerentur toties.

CAPUT VIII.

De Peccatis Mortalibus quorundam Ministeriorum Reipublicae.

§. 1. 29. *Tutorum grauia expende peccata.* In re graui iura-
Tutoris. mentum factum violaci: inventarium non illico
praxis. bonorum pupilli construxi, graui damno accidente: dedi pu-
pillo plus nummorum, quam ad recreationem iustum opus
erat, sine iudicis auctoritate graui patrimonij iniuria: non
curaui pupillum bonis moribus educari: decimam accipiens,
debito